





Kern 86  
(1-54; a-g)



(51)

INDEX  
LABORVM  
QVIBVS  
ACADEMIAE  
FRIDERICIANAE  
PROFESSORES  
PER SEMESTRE HIBERNVM  
IN  
STVDIOSAE IVVENTVTIS COMMODVM  
OCCVPABVNTVR  
PRORECTORE MAGNIFICO  
IOHANNE FRIDERICO  
STIEBRITZ

PHILOSOPHIAE ET OECONOMIAE P.P. O.  
ET ALVMNORVM REGIORVM EPHORO.

P. P. d. XXVI. SEPTEMBRIS MDCCLXVI.



HALAE MAGDEBVRGICAE,  
EX OFFICINA BEYERIANA.





# LECTIONES PRORECTORIS, DIRECTORIS,

ET

## PROFESSORIS MATHESEOS ET PHYSICES PRIMARIÆ.



**I**OHANNES FRIDERICVS STIEBRITZ per hiemem 1) *Lectiones logico-metaphysicas*, præcunte *Thümmigio*, restaurabit; 2) *illustriſſima leſaiaë vaticinia* ex fonte ebraico interpretabitur; et 3) *Scholas in Pentateuchum Moſaicum* aperiet. Neque iis deerit, qui vel *lectiōnes oeconomico-camerales*, vel alias priuatissime inſtituendas deſiderabunt.

**IO. TOBIAS CARRACH** 1) perget in *Proceſſu Criminally* totaque *Iurisprudentia Criminali* tradendis. *Priuatim* 2) **D. N. L. BOEHMERI** *Doctrinam de Actionibus* exponet, 3) atque *Proceſſum Civilem* tradet. 4) Neque deerit illis, qui forſan aliarum *Iurisprudentiæ partium doctrinam* deſiderabunt.

**IO. ANDR. DE SEGNER** hora XI tradet *Phyſicam experimentalem*; hora autem II *Elementa Matheseos, Arithmeticam, Geometriam, Trigonometricam*. *Priuatissime* docebit *Analytica*.

## LECTIONES THEOLOGICAE.

**GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS**, vt in hiemali ſemeftri ſolet, *inſtitutiones paſtorales* denuo tradet.

**IO. GEOR. KNAPP** 1) hor. VIII-IX. *alteram theologiæ dogmaticæ partem* explicabit. 2) h. XI-XII. *continuat* *hiſtoriam ecclēſ. N. T.* 3) die Domini h. V-VI. *in aſterica tractatione* ſelectorum S. S. locorum perget.

**IO. SALOMŌ SEMLER** *theol. dogmaticæ partem ſecundam* præleget; *poſtmiſſæ autem primam*, atque in *hiſtoria ecclēſiaſtica N. T.* a ſeculo ſto perget. Si per alia licet, etiam *hermeneuticas regulas et criticas* locis N. T. diſciliſſimis applicabit.

**IO. AVG. NOESSELT** 1) *publicè* explicabit *epiſtolas N. T.* eas, quæ ſolent *catholicæ* appellari; ceterum 2) e *curſu interpretationis* librorum N. T., *Matthæi, Marci, ac Lucae*, etiam, ſi fieri per tempus vniquam poteſt, *Ioannis Euangelium* interpretabitur. 3) eius *rectè interpretandi præcepta* demonſtrabit ſecundum **ERNEſTII V. V.** elegantiffimum libellum; ac 4) dicta *clafſica Scripturæ ipſaque doctrinæ fidei Chriſtiane*, quæ habitum hominis ad Deum S. *æ Sæpnotoſias* continent.

**IOANNES FRIDERICVS GRVNER** *publicè* *Epistolæ Pauli ad Galatas* et *ad Ephesoſ* interpretabitur: *priuatim autem Theologiæ Polemicæ* pertractabit; et ſcholas *exegetico homileticæ in Euangelia Dominicalia* aperiet.

## IURIDICAE.

**DANIEL NETTELBLADT** hora IX-X. ad **GEORG. LVD. BOEHMERI** *principia iuris canonici*; hora X-XI. et II-III. ad **HELLFELDI** *iurisprudentiam ſoſenſen ſecundum ordinem Pandectarum*; hora XI-XII. ad **PÛTTERI** *Grundris des reuſſen Staatsrechts* commentabitur. Præterea hora III-IV. *collegium practicum* aperiet deſiderantibus et nomina ſua ante collegiorum initium dantibus.

**PHILIPPVS IACOBVS HEISLER** *collegium Pandectarum*, præcunte **b. LVDOVICI**, rursus aperiet per annum continuandum, et quidem in hyberno ſemeftri hora X-XI. et II-III. Deinde neque iis deerit, qui *collegium quoddam priuatiffimum* deſiderabunt, *conditiones ab eo proponendas non detrectaturi*.

GEOR.



GEORGIUS SAMVEL MADIHN 1) publice hor. I-II. *praecognita Iuris prudentiae postriuae* suis *Institutionibus* Iuris civilis praemissa explicabit. 2) *Privatum* vero hor. XI-XII. ipsas *Institutiones* ad ductum sui libelli a libr. I. vsque ad finem interpretabitur atque hoc semestri plene absoluet. III) *Ius naturae* hor. IX-X. duce Ill. ACHENWALLIO ex nouissima editione ita docebit, vt generalem Iurisprudentiae naturalis theoriam suam, quae profat in *Officina Curia* praemittat; 4) *visioriam Iuris vniuersi* in Germania obtinentis hor. III-IV. enarrabit ad feriem Ill. de SELCHOW compendii sec. edit. 5) perget in lectionibus *Iuris Digestorum* praecunte B. BOEHMERO hor. X-XI. et II-III. omnes atque singulas has lectiones intra fines huius semestris plane absoluet.

ERNESTVS CHRISTIANVS WESTPHAL, semestri instante 1) hor. VIII-IX. IX-XI. et II-III. explicabit *Compendium Digestorum Schaumburgianum*; 2) hor. XI-XII. HEINRICHII *Elementa Institutionum*; 3) hor. III-IV. Perill. NETTELSTADT *Systema elementare Iurisprudentiae naturalis*. Offert quoque consuetum huius examinandi exercitium. De iure criminali certiores reddet Honoratissimos Dominos *Commilitones* e *valuis publicis*.

PHIL. ERN. BERTRAM illustrabit 1) *Ius publicum* Imp. Rom. Germanici, praecunte Ill. FÜTTERO; 2) *Ius feudale*, duce Ill. BOEHMERO & 3) *Historiam Imperii Rom. Germanici* ad ductum *Compendii FÜTTERIANI*. Offert praeterea desiderantibus nominatim mature indicantibus praelectiones et in *Notitiam politicam Germaniae* ad solum compendii Sui, cuius vltimae plagulae proxime prodibunt, et in *Notitiam praecipuorum Europae reguorum* duce Ill. ACHENWALLIO. Horas hisce laboribus destinatas e loco publico significabit.

D. IOANNES FRIDERICVS IOACHIM hora VIII. *Ius Feudale*, ad ducem *Elementorum* B. WOLFFII, interpretabitur.

## MEDICAE.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER hora matutina VIII ad IX. *Therapiae generalis* fundamenta tradet; hora X-XI. *simplicium Medicamentorum*, ex tribus Naturae regniis desumtorum. *facultates et usum*, iuxta *Fundamenta sua Materiae medicae* explanabit, hora denique XI-XII. *manuductionem ad Formularum medicarum praescriptionem* suppedabit, horumque laborum initium finitius nundinis Lipsiensibus d. XX. Octobr. faciet.

FRIDERICVS HOFFMANN publice materiam praeleget hora X-XI. *privatum* vero in deliciaationem vniuersae medicinae praelectiones instituet, hora XI-XII. *Initium* harum lectionum erit, si vires permittent, finitius instantibus nundinis Lipsiensibus.

PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER, *privato studio*, hor. VIII-IX. et II-III. duce Cel. LUDWIGIO, *Therapiam specialem* perspicue tradet, iunctis insuper necessariis regulis et cautelis practicis; hora I-II. autem ad ductum compendii proprii *Osteologiam* praeleget, curamque iustitiam instituentiarum *Demonstrationum* et *Praeparationum anatomicarum* habebit. Praeterea sua quoque iis offert officia, qui *Institutiones Medicinae forensis* desiderabunt, quas, si tempus permittet, commodumque Auditoribus visum fuerit, praecunte Cel. LUDWIGIO, hora XI-XII. interpretabitur.

IO. PET. EBERHARDT, h. II-III. *Semiologiam* therapiae iunctam docebit et casibus clinicis illustrabit, praeterea *Pathologiam* tradet. Reliquae Praelectiones erunt Philosophicae.

FRIDERICVS CHRISTIANVS IVNCKER *privatissime* hora IX-X. *Exercitationes clinicas* cum provecioribus more consueto continuabit, simulque necessarias regulas et cautelas practicas, in singulorum morborum curationibus obseruandas, subiunget. *Privatum* hora XI-XII. *Pharmacologiam* praecunte Celeb. CARTHEUSERO perspicue tradet; hora II-III. *Simplicia medicamenta*, ex tribus Naturae regniis desumpta, praemonstraturus, eorum vires et usum, iuxta *Compendium suum Materiae medicae* explanabit; hora IV-V. *Chemia theoretico-experimentalem* denuo auspicabitur, iterum Excell. YOGELIVM sequeturus.

## PHILOSOPHICAE.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER per instans semestrem hibernium occupatus erit in explanandis *Physicae dogmaticae* fundamentis, deque harum lectionum initio, ac horis iisdem destinandis, consueto tempore Dni. *Commilitones* certiores reddet.

GE.



GE. FRID. MEIER docebit hor. IX-X *ethicam philosophicam* Cel. Baumgarten, X-XI *ius naturae*, et II-III officia naturalia in societatibus obseruanda ad ductum dei vernünftigen Gedanken des Frenherrn von Wolf: von dem gesellschaftlichen Leben der Menschen.

D. IOANNES FRIDERICVS IOACHIM per instans semestre hibernum hor. III. *Historiam Sacri Romani-Germanici Imperii*, ad introductionem suam, et hor. IV. *Historiam Vniuersalem Regnorum Europae*, ad compendium suum, docebit; nec deerit iis, qui Collegium *artis Heraldicae* desiderabunt.

CHRIST. ADOLPH. KLOTZIVS publice h. III. interpretabitur *Homeri Iliadae*, atque h. IV. Antiquitatis Romanae rationem explicabit ita, vt artium quoque liberalium historiam tradat. *Privatim* h. IX. enarrabit Odas Horatianas; et privatissimis rem numismaticam exponet.

D. CAROLVS FRIDERICVS PAVLI hor. III. pomerid: *Historiam S. R. I. Germ.* ad SCHMAYSSI *Historisches Jus-Publicum*; hor. IV. *Historiam Vniuersalem publicam* ad Perill. GEYERRI *Grundris*; et hor. VI. *Notitiam Statisticam Regni Prussiae ac Brandenburgicarum Prouinciarum* docebit.

IO. LVDOV. SCHVLTZE 1) in lectionibus hebraicis cursoris progredietur ad vltimam V. T. partem quae Hagiographa complectitur, initium facturus a *Psalms*, quibus explicitis operam dabit, vt reliquos etiam metricos libros hoc in semestri absoluat. 2) in *Ieremiam* commentabitur, *Threnosque* si per temporis angustiam licuerit, subiiciet. 3) rogatus *Danieli* fundamenta linguae hebraicae explicabit. 4) lectiones analyticas hebraico-chaldaicas in *Danieli* iterabit, vt eorum desiderio satius faciat, qui e lectione huius libri linguam chaldaicam addiscere voluerint. His denique addet lectiones publicas, in quibus pergat de illis locis *Versionis graecae LXX* interpretum, exponere, quae a veritate hebraica recedunt et notatu digniora sunt. Si quae accesserint lectiones, erunt privatissimae. Horae et valus publicis immorescent.

IO. PET. EBERHARD, h. IX-X docebit *Matthesin applicatam* privatissime. Privatim vero h. X-XI *Matthesin puram* ad ductum WOLFFII, et h. I-II. *Physicam*, in proprium compendium, cuius nota iam profluit editio.

### EXTRAORDINARIAE.

GOTTLIEB ANASTASIVS FREYLINGHAUSEN *Oratoriae sacrae* praecipua tradere constituit, *sectionumque liturgicarum dier. dominic. et festor.* tractationem suscipiari, vacaturus praeterea *dogmaticis cum examiniibus tum disputandi exercitiis.*

D. ERNESTVS FRIDERICVS KNORRE selecto Auditorum numero *artem relocatoriam* ad ductum H. BAKENTIS *Anleitung zur Reuefirtung der Aalen* tradet.

D. FRIDERICVS LEBERECHT SVPPRIAN oculorum adfectus publice proponet; privatim vero physiologiam et pathologiam generalem ad Schulzeii ductum pertractabit.

F. W. ELLENBERGER DE ZINNENDORF 1) *Logicam* tradet duces Coruino hor. X-XI. 2) *Practicam* inprimis logicam vel ad compendium *Iust Christian Hennings* *practische Logik*. *Jena 1764.* vel ad suas theses docebit, cui elaborationes logicae et disputationes adiungentur hor. I-II. 3) *Metaphysicam* hor. XI-XII. 4) in *Psalms* grammatico-criticum collegium hor. II-III. nec non diebus sabbati accentuationem hebraicam communicabit, hor. II-III.

CHRISTIAN FOERSTER hor. IX X. *philosophiam primam* et hor. III-IV. *philosophiam rationalem*, vitumque secundum *libellos Baumgartenianos* hor. X-XI. vel *ius naturae et gentium* iuxta *Illust. Achenwall* vel *historiam philosophicam* et hor. I-II publice *philosophiam civilem* secundum *suam institutionem* docebit. Nec deerunt exercitia *disputatoria philosophica*, quae singulis diebus Saturni hor. I-II. aperient.

CAROLVS RENATVS HAVSEN hor. VIII-IX. *Historiam Imp. Rom. Germ.* secundum *PÄRTERI Grundris* der *Staatsveränderungen des teutschen Reichs* hor. IX-X. *Historiam Vniuersalem* secundum *Positiones suas*, et hor. I-II. *diebus Martis et Veneris* *Historiam saeculi XVIII* ad ductum libri sui: *Besuch einer pragmatischen Geschichte des 18ten Jahrhunderts*, qui profluit in officina Curtiana, enarrabit.

IO. GEORG. IACOBI publice diebus Lunae, Martis, Iouis, Veneris, interpretabitur *Virgilio Aeneidos* libros omnes: *privatim* diebus Mercurii et Saturni bene scribendo exercet eos, qui vernaculi sermonis elegantiorum rationem cognoscere velint: *privatissimas* lectiones dicabit Gallicae et Italicae litteraturae indolem, exempla, et auctores intelligere cupientibus.











(57)

INDEX  
 LABORVM  
 QVIBVS  
 ACADEMIAE  
 FRIDERICIANAE  
 PROFESSORES  
 PER SEMESTRE HIBERNVM  
 IN  
 STVDIOSAE IVVENTVTIS COMMODVM  
 OCCVPABVNTVR  
 PRORECTORE MAGNIFICO  
 IOHANNE FRIDERICO  
 STIEBRITZ  
 PHILOSOPHIAE ET OECONOMIAE P. P. O.

ET ALVMNORVM REC

P. P. d. XXVI. SEPTEMB



HALAE MAGDE  
 EX OFFICINA

